

1705

De la libreria del Colegio de la Compañia de Iesus de Alcalá.

GILB. GENEBRARDI
THEOLOGI PARISIENSIS
DIVINARVM HEBRAICARVMQVE
LITERARVM PROFESSORIS REGII
Chronographiæ Libri quatuor.

PRIORES DVO SVNT DE REBVS VETERIS
populi, & præcipuis quatuor millium annorum gestis.

Posteriores, è D. Arnaldi Pontaci Vafatensis Episcopi Chronographia
aucti, recentes historias reliquorum annorum complectuntur.

Uniuersæ historiæ speculum, in Ecclesia præsertim seculo, à mendaciis, malis,
imposturis Centuriatorum, aliorumque hereticorum deterfsum.

Emendatum, Adactum etiam, & collocupletatum cum Appendice ad A. D.
M. D C. Iubilæum Maximum & sæcularem.

Per **PETRYM VICTOREM PALMAM CAIETANVM I.V.D.** & Regium
linguarum Orientalium Lectorem & anagnosten.

Subiuncti sunt libri Hebræorum Chronologici eodem
interprete Genebrardo.



PARISIIS,
Apud Guilielmum Chaudiere, via Iacobæa, sub
signo Temporis, & Hominis Siluestris.
[VM PRIVILEGIO REGIS.]

M. D C.

52
G-34

*Esta conforme a exp
de 1632*
Juan Ant. Yonge

*Esta conforme a exp-
purgatorio de 1700*
Ju. Marin.

*Expurgado conforme a
expurgatorio que sacó la
vision el año de 1632 y
su Comission de fene-
mi nombre.*
+ Luy de T 022



Expurgado en Alcalá de Henares en 20 de noviembre de 1608
el Sr. Fr. Xp. de Foy
veronini

regresso obsessus est ac tandem captus & cum populo, id est, cum reliquis octo tribubus Israel in Assyriam translatus, & in urbibus Hala & Habor, iuxta fluvium Gozan in ciuitatibus Medorum collocatus. 4. Reg. 17. & 18.

Hæc est clades extrema regum & decem tribuum, quæ sexto Ezechie regis Iuda ultra montes Medorum & Persarum abductæ sunt, missis aliis in eam terram. Hæ Orientali & Septentrioni infuse, Iudæorū clausorum fabula dedere causam: qua de re extat Eldad Danius à nobis versus.

Perditas in Oriente aiunt Hebræi. Interea facile assensum præbuerim iis, qui ex istis, ortos Tartaros opinantur, siue quia Tartari tenent oram Septentrionalem Orientis & Aquilonis, siue quia illorum præcipuum imperium Persico imminet, eoque terminatur à parte Assyriæ & Mediæ, siue quia diu latuerunt, & ignoti permanserunt. Nam eorum nomen tantum auditum circa annum Domini. 1200. Adde, quod nomen Tatari (sic enim loquendum aiunt siner) Hebraicè & Syriacè sonat derelictum, desertum. Præterea Hordas Tartariæ, in prouinciis Septentrionalioribus aliqua retinuerunt nomen Dan, alia Zabulon, alia Nephtali, inter regna aliqua nomen Tabor, alia alterius Hebraici monumenti, ut nec mirum sit Russiam, Sarmatiam, Lituaniam, Moscouiam & cæteras versus Tartariam regiones Iudæis abundare.

[Ita factum ut dispersione Iudæorum pararetur via disseminandi cultus diuini, in omnes partes orbis. Iustinus in Apologetico.]

Denique quoniam Circumcisionem sunt perpetuo amplexi, antequam quicquid accepissent de infælici Mahomete, cui & facile assenserunt, quod in multis suæ legi & moribus congrueret.

In hanc cladem inciderunt, quoniam à cultu Dei, quem tradiderat Moses, defecerant, & nouam religionem acieuerant. 4. Reg. 18.

In hoc bello Tobias in captiuitatem ductus est. Tob. 1.

Est etiam probabile earum partem esse populos Americæ siue Indiæ occidentalis (quod miror à nullo animaduertum) Primo, quia traduntur perditæ in Oriente, & Selom. Cant. salom. 2. Secundo, quia in insulis S. Michaëlis siue Efforis ad illam orbem pertinentibus sepulchra subterranæ à nostris reperta sunt cum literis Hebraicis antiquissimis, superne quidem אלהים (quid uoluit Deus) inferne autem אלהים מורעו cum duobus apicibus, scilicet mortuus est, scito Deum Teuetus lib. 23 Cosmog. cap. 7.

Tertio, quia. 4. Ezra 13. profectæ narrantur in ueriores regionem, ubi nunquam inhabitauit genus humanum. Per introitus autem angustos fluminis, Euphratem introierunt. Fecit enim eis Deus signa & stetit uenas fluminis, quousque transirent. Per eam enim regionem erat uia multa itineris anni unius & dimidij. Nam regio illa uocatur Asereth. ארצו quasi transito Euphrate uenerint in Tartarica deserta, indeque in illam terram ignotam versus Grotlandiam. Nam ab illa parte America dicitur aperta & sine mari, cum aliis ex partibus sit mari clausa, & peninsula. Quin & per angusta freta, maria etiam vastissima eò peruenire potuerunt, ut in regiones solo mari à Tartaria diremptas.

Quarto, quia Iudæos appellant clausos ueteri traditione & Cabbala. Constat autem Americos clausos undique mari, ac Americam uel esse magnam insulam, uel peninsulam. Nam adhuc dubitatur utrum à partibus Septentrionis iuncta sit continenti Asiæ, siue Tartariæ magnæ, uel ab ea freto duntaxat exclusa, ut ab orbe antarctico, versus austrum, per fretum Magellanicum.

Anni

mundi.

3443

*Jisdem uaticinantibus.**Achaz & Ezechia regibus Juda.**A duodecimo Achaz ad sextum Ezechie.**Assyriorū Salmanazare an. 17.*

ASSYRIORVM ET OSEFEREGIS SÆCVLO.

Cuthi